

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Instabilitas a
cum fonte primo

Iam

quisque nostrum bonum opus suscipere,
agere, implere nunc scit, nunc nescit,
nunc delectatur, nunc non delectatur ut
nouerit non sue facultatis sed diuini
muneris esse uel quod scit, uel quod
delectatur ac sic ab elationis uanitate
sanetur et sciat quam uere non de terra
ista sed spiritualiter dictum sit: Dominus
dabit bonitatem et terra nostra
et cetera.

Tanto autem magis delectat opus bonum,
quanto magis diligitur Deus summum
atque incommutabile bonum.

Augustinus de peccatorum meritis et
remissione.

Ideo

quisque nostrum bonum opus suscipere,
agere, implere nunc scit, nunc nescit,
nunc delectatur, nunc non delectatur, ut
nouerit non suae facultatis, sed diuini
muneris esse uel quod scit uel quod
delectatur, ac sic ab elationis uanitate
sanetur et sciat quam uere non de terra
ista, sed spiritualiter dictum sit: dominus
dabit suauitatem et terra nostra
dabit fructum suum (Ps. 84:13).
tanto autem magis delectat opus bonum,
quanto magis diligitur deus, summum
atque incommutabile bonum
et auctor qualiumcumque bonorum
omnium.

Augustinus Hipponensis, *De peccatorum
mentis et remissione*, 2, 17, 27 (CSEL
60, K. Urba & J. Zycha eds., p.100, ll.7-
15).